



VIPERA EST VENENATA
 fera, non tamen in toto corpore, se-
 cundum quibusdam tantum par-
 tibus.

CAP. IV.



VENENUM Viperi-
 num, quod à tota
 substantia nobis
 lethiferum est,
 admotum, impul-
 sumque, vel as-
 sumptum in hu-
 manum corpus, vim habet conficien-
 di, non secus, quàm alimentum bene
 subactum reficiendi. Est enim tota
 veneni substantia alimentis contra-
 ria, corpusque nostrum in naturam
 sibi similem, & venenatam convertit.
 A Vipera semper caput abjicitur:
 quia pestiferum est, & infra tribus di-
 gitis, abscinditur etiam cauda; non
 quòd venenata sit, sed quia ossibus
 tantum constet propterea abjicitur,
 fel

fel autem, nec in totum asperni potest: reliqua caro, ablata pelle, & ejetis interaneis omnibus eligitur artis Medicæ peritis scriptoribus, tàm Græcis quàm Latinis, & Arabibus pro cibis, quibus tutò utuntur, & pro pastillis conficiendis ad antidotos, & ad omnem usum. Auctor autem, qui ad Pisonem scripsit cap. 10. adverbium inquit: *Viperarum tunc cum cadaver elixamus non parum salis, & aneti quantitatem aquæ commiscemus, & non solum, ut his misturam suaviorum reddamus, sed ut Viperarum carnes eliquemus, atque ita, vel parùm, vel nihil potius venenosum relinquamus in ipsis; At nos alexiteria virtute carnes Viperæ præditas esse certò scimus, suaque peculiari proprietate venenum unumquodque extra propellere, quòd in Theriaca exhibenda Viperæ carne, aut in trochiscis dilutis porrecta eadem Viperas enecat. Quod pluries Romæ vidimus, & multi observarunt*
verissi-

verissimum esse, carnes venenum expellere. Quare simul in eadem parte permanere non posset, ubi virtus constat alexiteria. Caro igitur se juncta à venenatis partibus, nihil prorsus veneni continet, aut habere potest, cum cibus sit, ut jam probatum antea fuerat. Galenus lib. de Antidotis, ad eliquandum venenum sal non adhibet in jure: quoniam ipse non contineri in carne arbitrabatur, sed aneto & aliis herbis multis utimur in animantium insculis, non ad tollendum venenum, sed potius adferinum illum odorem tantum emendandum. Item in capite tantum venenum residere probabo. Quoniam facultatem habet veneni conficiendi sicuti convoluta vasa seminis, & muliebria ubra lactis. Ex reliquis omnibus caput aptum Vipera ad lædendum possidet, & in dentibus à natura venenum esse inde manifestum est: quoniam ab eisdem dentibus Viperae jam dudum mortuae, si quis tangatur lethale ad-

mo-

modum est. Quare hac in parte, & mortua & viva semper apta nata est ad lædendum. In gingivis igitur dentium tumentibus virus conficitur spirituosum, ex illa materia venenatorum animantium & herbarum, ut paulò infra apparebit, quod in felle tanquam in lacunari consistit, quod rarerentur canes, si vescentur recenti, mori contingit, si sicco nunquam, ut observavit Paulus Quernus Aromatarius Parmensis olim Romæ ad Pasquillum: Carnibus autem Viperinis tum canes, tum feles sine noxa vescentur, atque etiam homines multis in locis. Quis ergo crederet carnem venenatum esse? quæ Medicorum omnium consilio & publico consensu, approbatur, & Galeni Præcipuè, qui tot experièntiis, ut libro de Subfiguratione Empirica, comprobavit etiam cum venenato capite profuisse. Necessè igitur est postquam non in tota carne, neque in sanguine, & epate, neque in corde, & arteriis inesse pro-

probabitur; in vesica fellea materiam
 tamquam in proxima lacuna duobus
 meatibus inde ad dentium vesicas de-
 ferri, in quibus viperum actu vene-
 num efficitur, ex prava inatoria, ut in
 cauda cervi, quæ in toto cervo non
 consistit, in capite felis, non in toto
 animanti, in radio pastinacæ, non in
 toto pisce, in draconis piscis aculeo
 tantum, non in carne, venenum ullu
 inesse creditur, & his omnibus vesci-
 mur indies abjectis venenosus parti-
 bus. Sed modò colligendum est e-
 tiam duplex esse in Vipera venenum;
 unum in actu perpetuò, etiam mor-
 tuæ, in dentibus firmiter in hæere,
 ut in superioribus piscibus; alterum
 in gingivis, & vesiculis collectum, ex
 usu & cibo venenatorum animan-
 tium attractum à fellea vesica, vagum
 & spirituosum, translatum quoque
 ad gutturis partes, tamquam in senti-
 nam à natura deponi, & facultate vi-
 pereâ perfici quod morte extingui
 volunt, quod gingivarum venenum,

si ictu viperino superaccedat, statim ut ignis per animantis corpus deferretur, & quam celerrimè cor petens corpus tumefacit. Ex his planè constat Viperam non totam esse venenosam, sed aliquas particulas non carere veneno.



IN QUA PARTE VENENUM insit in Vipera, in qua virtus Alexiteria, supra notuit. Modo videndum quomodo à simili fiat attractio, & à contrario expulso.

CAP. V.



UID sit venenum superius declaratum est, & multis quoque rationibus in dente contineri, & in gingivis pro certo confir-